



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 35. Synodus per Bullam a Paulo III. Tridentum convocata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](#)

§. XXXV.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1542.*Synodus per Bullam a Paulo III.*  
*Tridentum convocata.*

Cum interea probe cognosceret Ponti- *Fallav. l. 4.*  
 sex, quod Tridentinæ urbis electio c. 17.  
 pro Concilii loco Principibus Catholi-  
 cis probaretur, nullusque illius convo-  
 cationem retardandi prætextus ultra  
 obtendi posset, hinc die vigesima secun-  
 da Maji hoc anno Bullam edidit, qua  
 Synodum ad primam Novembris diem  
 indixit. Hujus Constitutionis duo au-  
 thographa mox expediri jussit, ac pri-  
 mum quidem ad Romanorum Regem  
 tum Cæsaris vices in Germania agen-  
 tem transmisit, eo fine, ut ipse ex de-  
 mandata sibi auctoritate cunctos Prin-  
 cipes, omnesque liberas Imperii urbes  
 utriusque Religionis de indicta Synodo  
 certiores redderet, eisque injungeret,  
 quatenus Deputatos nominarent, qui  
 eorum nomine Concilio interessent:  
 Alterum vero mittebatur Carolo Impe-  
 ratori, qui hujus Synodi convocatio-  
 nem plurimum urgebat.

§. XXXVI.

*Pontificis Bulla pro convocatione hu-  
jus Concilii.*

In hac Constitutione Paulus III. Ponti- *Bull. Paul.*  
 sex hæc exponebat: *Initio Pontifica III. Conf. 33*

D 4

tus